BIBL. NAZ.
Vitt. Emanuele III
SUPPL.
PALATINA
B
568
NAPOLI



Digitized by Google

Suppl. Paint. 566

Digitized by Google

626.339

RACCOLTA
D' ISCRIZIONI
DI
DOMENICO VALLO
Giudice della Corte Criminale
DI
TERRA DI LAVORO.

Parte Prima.

BIBLIOTECA NAZIONALE DI NAPOLI

NAPOLI
Nella Stamperia Flautina

1812.

Digitized by Google

CORTESE LETTORE.

Siccome l' Autore avea composte le seguenti, ed altre iscrizioni unicamente per deferire alle inchieste di alcuni amici, da' quali in diversi rincontri, a ciò fare, era stato interpellato, così a tutt' altro poneva mente, che al darle alla pubblica luce. Ma uno, tral numero di costoro, essendosene impadronito, ed assicurando l' Autore, che incontrarebbero benigno accoglimento, ne dispose la stampa; al che questi, suo malgrado, vi dovette accedere. Dopo tuttocciò potrà non meritare la tua indulgenza?

THOMAS MOSCATUS

JUDICI DOMINICO VALLO

P. S. D.

Bona animi tui cui non nota ? ab his percensendis sciens abstineo, ne tuæ modestiæ vim inferam. Dicam tamen, ita illa fuisse pervulgata, ut ad optimi Principis aures pervenerint. Hinc factum est, ut conventibus constitutis, primum inter judices privatos Campaniæ, deinde inter publicos ibidem cooptatus fueris. In quibus muneribus obeundis legum prudentia, sedulitas, & quod familiam ducit, eluxit abstinentia tua. Quare tu, ut magistratus idoneis laudibus præditus, viges omnibus. Sed haud eodem modo apud omnes politiorum litterarum alumnus cum sis, audis. Quod tua culpa factum esse arbitror. Ignoscas oro libertati, qua in te impræsentiarum utor. Quid caussæ est, cur delitescant in loculis pulvere obsita scripta tua undique doctissima ? præsertim epigrammata illa, quæ tantam redolent latini sermonis suavitatem, ut appareat nativum quendam leporem esse, non adscitum. Ede tandem, & mihi crede, illa litteratos homines juvare. Hi tantum mirantur, te judicialibus distentum negotiis tam docte, tam eleganter, tam denique latine componere. Lividos forsan metuis ! Sed illi non facient certe, ut bona fama, quæ de te apud viros sane doctos erit, de gradu pessum dejiciatur. Cum Pindaro nostro merito de te potes dicere αβαβτιστος ειμι, ψιλλος ως, υπερ ερκος αλμας.

Cæterum, si qui nebulones erunt, quibus ad famam tuam profligandam contentio est, videant, ne offendant solido quærentes fragili dentes suos illidere. Promitto enim, me connisum iri equis, ut ajunt, & castris, ut epigrammeta tua defendam, & illos uti latini sermonis rudes coarguam. Vale vir doctissime, &, ut epigrammatibus edendis periboetos sis, cura. Datum Aversæ XI *Kalendas Aprilis Anno MDCCCXII.*

DOMINICUS VALLO
THOMÆ MOSCATO

S. P. dicit.

TUas, vir jucundissime, nudius tertius accepi literas (quandoquidem perdiu te non inviso ut solebam) quibus ut epigraphica, seu inscriptiones a me per temporum intervalla, & sparsim exaratas, congeram, ac typis committam, cohortaris. Sed scias velim nihil mihi tuis placitis carius, nihil optabilius esse, ut (si potestas foret) semper te carminibus meis, ac lucubratiunculis id genus, quibus a teneris, ut ajunt, unguiculis, animum adpuli, donarem. Præterea te semper assectarer, tuamque eruditionem aure avidissime combiberem. Haud certe te fugit, quomodo me totum capitales quæstiones occupent, ita ut, meis ingratiis, officio erga amicos desim. Forum certe me alit: Literæ oblectant quam maxime, ut ex earum amplexu suavissimo, ægre patiar abduci. Quapropter jamdudum cupido animum incesserat aliquod temporis (saltem subsecivi) in hisce inscriptionibus coagmentandis terendi, eo magis, ut tibi, quem diligo, pergratum facerem. Illud tantummodo facessebat, ac prope manum de tabula averterat, quamplurimos per Civitatem cursitare desidiæ cultores, in re literaria talpa cæciores, qui pro libidine quidlibet inscite aut maligne vellicant, ac aliorum scripta proterva libertate destringunt: quod profecto valde expavescebam. Verum, te suadente, excussi me nuper, exegique mearum inscriptionum collectionem, Zoilorum maledicta, veluti tela imbellia sine ictu aspernatus; quæ simul ac in lucem prodibit, audeam ad te mittere. Rogo autem in antecessum, de ea tantum me ames, ut illam, perinde ac illius auctorem tui observantissimum comiter excipias.

Te Deus opt. max. diutissime incolumem, sospitemque servet. Datum Capuæ XIII. *Kal. Mart. ann.* 1812.

Digitized by Google

Digitized by Google

EXIMIO . VIRO . MAIORVM . GENTIVM . EQVITI

FRANCISCO . RICCIARDI

PRIVATI . AC . PVBLICI . IVRIS . SCIENTIAM

PERDOCTO

MVSARVM . SEVERIORVM . ALVMNO

IAM . OLIM . SILENTIARIO . SACRI . PALATII

NVNC . APVD . IOACHIMVM . REGEM . FELICISSIMVM

IN . AMPLISSIMO . SACRARVM . PRIVATARVMQVE . RERVM

CONSILIO

OB . FIDEM . ATQVE . DEXTERITATEM . IN . REBVS . GERVNDIS

LIBELLOS . AGENTI

DOMINICVS . VALLO

TANTAE . AMPLITVDINI . DEVOTISSIMVS

EPIGRAMMATA . ISTHAEC

QVAE . SPARSIM . PRO . RE . NATA

ROGATVS . CONSCRIPSERAT

NVNC . IN . VNVM . OPVS . DIGESTA

IN

OBSEQVII . SVI . TESTIFICATIONEM

D. D.

Digitized by Google

Digitized by Google

I.

IOACHIMO . NAPOLEONI
VTRIVSQVE . SICILIAE . REGI . OPTIMO
BELLI . ET . PACIS . ARTIBVS . INCLITO
QVEM
NATVRA . AD . REGNORVM . GVBERNACVLA . CAPESSENDA
TEMPERIVS . QVAM . SPERARI . POTERAT
HABILIOREM . REDDIDIT

DOMINICVS . VALLO
ADVERSAE . FORTVNAE . TELIS . PROPOSITVS
POST . VARIA . RERVM . DISCRIMINA
TANDEM . IN . PATRIOS . REDVX . PENATES
LVCVBRATIVNCVLAS
VENERABVNDVS . SISTIT (a)

(a) Questa iscrizione, e le seguenti otto furon scritte dall' Autore nella Festa del Gran Napoleone.

Digitized by Google

Digitized by Google

II.

CIVES . INQVILINI . ET . ADVENAE
QVOS . ALMA . TENET . PARTHENOPE
IVRE . GAVDIORVM . ATQVE . GESTIENTIS . LAETITIAE
SIGNIFICATIONIBVS . EXCITATI
NAPOLEONI . GALLORVM . IMPERATORI . INVICTISSIMO
GRATIAS . NOVIS . AVCTIBVS . SEMPER . MAIORES
IN . OMNEM . AEVITATEM
HABENTO
QVOD . IOACHIMVM
VTRIVSQVE . SICILIAE . NOBIS . REGEM
OPTIMIS . FOVENDIS . ARTIBVS . ET . BONO . REIP. NATVM
BLANDIS . MORIBVS . MENTE . NOBILIORE . PRAEDITVM
DONO . DEDIT
OMNIVM . VOTORVM . SVMMAM . CONSECVTI
SVPRA . OMNIVM . BENIGNIOREM . FORTVNAM
EVECTI
VTRIVSQVE . NOMINA . ET . NVMINA
COLVNTO

Digitized by Google

III.

NAPOLEONEM . TER . MAGNVM

PIVM . FELICEM . TRIUMPHATOREM . SEMP. . AVG.

IMPERATOREM . GALLORVM . ITALIAEQVE . REGEM

COLLAVDARE . CVIQVE . AEMVLARI . NEMINI

DATVR

Digitized by Google

IV.

AVE . CAESAR . NAPOLEO . AVGVSTISSIME
TVI . PRAECOCIS . DIVINIQVE . INGENII
PERSPICIENTIA . PRVDENTIA . ET . MENTIS . AEQVABILITAS
UNIVERSOS . EGREGIE . DOCVIT
QVAECVMQVE . DOMI . MILITIAEVE . FIANT
AD . ACCVRATIOREM . REVOCANDA . CALCVLVM
VT . EX . ANIMI . DESTINATIONE . CEDANT
NIL . MIRVM
SI . TROPHAEA . FVSOS . EXERCITVS
AETERNALES . PALMAS
DITIONES . REGNA . PROVINCIAS
IN . TVAM . REDACTAS . POTESTATEM
NEC . NON .
HONORIFICENTISSIMAS . PACIFICATIONES
IN . LOCO . INITAS
LAETABVNDI . INSPECTAMVS

Digitized by Google

Digitized by Google

V.

NAPOLEO . IMPERATOR . VICTORIOSISSIMVS

NE . QVID . ECCLESIAE . SANCTITAS . ET . CHRISTIANA . RESP.

DETRIMENTI . CAPERET

COMPOSITIS . BELLIS . FVNDATA . IAM . PACE

ALTER . A . NVMA

STATAS . SOLLEMNESQVE . CEREMONIAS

PRECATIONES . SACRA . GRATVLATIONES

EX . PONTIFICIS . VOTO

RESTITVENDAS . FIRMANDASQVE

CVRAVIT

ADEO . RELIGIONIS . AMPLIFICANDAE . STVDIO

EXARSIT

Digitized by Google

Digitized by Google

VI.

QUO

PRAECIPVVM . DECVS . ET . FVNDAMENTVM

IMPERII

PRAEVALIDVM . MILITARIS . DISCIPLINAE . VINCVLVM

INCOLVME . SERVARETVR

NAPOLEO . IMPERATOR . ET . REX . VINCI . NESCIVS

GREGARIOS . MILITES . PRAEMIIS . DEVINCIRE

ADDITIS . GLORIAE . CALCARIBVS

INDICTISQVE . POENIS . COERCERE

NE . QVANDO . DEGENERES . ANIMOS . TIMOR . ARGVERET

MAXIMOPERE . CONNISVS . EST

VII.

OMNIA . COMPLECTITVR . DECORA . ET . LAVDVM . ORNAMENTA

AERE . PERENNIORA

PRAECLARISSIMVM . NAPOLEONIS . NOMEN

QVEM

A . PRIMIS . EXANTLATIS . BELLICIS . LABORIBVS

VICTORIAE . FILIVM . HABITVM

IAM . IPSIVS . MODERATOREM

EVASISSE

PARENTEM . ET . ARBITRVM

ITA . CONSPICAMVR

VT . HOSTES

QUI . MAIESTATI . NOMINIS . INVIDEBANT

NVNC . PLENO . ADFIRMENT . ORE

ABOLITAE . INVIDIAE . DEBITAS . LAVDES

SVCCESSISSE

Digitized by Google

VIII.

NAPOLEONIS

IMPERATORVM . POTENTISSIMI . REGVMQVE . MAXIMI

RERVM . PRAECLARISSIME . GESTARVM

GLORIA

AGENDI . SOLLERTIA . ANIMI . FIRMITATE

DIFFICILLIMIS . SERVATA . TEMPORIBVS

OMNES . RETRO . PRINCIPES . SVPERGRESSI

IMMORTALIS . GENIVS

FORTVNAM . NON . SVSPEXIT . NON . DESPEXIT

QUAE . PROPOSITI . TENAX . EJVS NVMINI

PENITVS . MANCIPATA

VERSA . IN . HILAREM . FACIE

FIDISSIMAM . SE . COMITEM . NON . ABNEGAVIT

PROCVL . HINC . LEVITATIS . OBSOLETVM . NOMEN

ABI

Digitized by Google

Digitized by Google

IX.

CVM . TOT . TRIVMPHOS . VICTRICIA . ARMA

TIBI . PARARINT

NE . MANIBVS . TVIS . VICTORIA

ELABERETVR

OMNI . ANIMI . CONTENTIONE . ADLABORASTI

MACTE . NAPOLEO . VIRTVTE . TVA

BELLICAE . REI . PVBLICIQVE . IVRIS . SCIENTIA

CAETERIS . MAIOR

Digitized by Google

X.

NICOLAO . NICOLINI
IN . CAMPANO . CAPITALIVM . IVDICVM . COLLEGIO
PROCVRATORI . CAESARIS
STVDIIS . VIRTVTIBVS . VIRO . SPECTATISSIMO
COMITATE . CAETERISQVE . ANIMI . DOTIBVS
AD . MIRACVLVM . PRAEDITO
PHAEBO . MVSISQVE . IMPENSE . CARO
DOMINICVS . VALLO . COLLEGA . CONIVNCTISSIMVS
CAPVA . EHEV . NIMIS . CITO . DISCEDENTI
COMMODAM . VALETVDINEM
TER . MAXIMAS . DIGNITATES
AMICO . DVLCISSIMO
AVSPICATVR (a).

(a) Questa iscrizione fu estemporaneamente fatta dall' Autore in atto che il Signor Nicolini dalla Corte Criminale di Santamaria di Capua fu trasferito a quella di Napoli.

Digitized by Google

XI.

NICOLAO . NICOLINO

MORIBVS . INGENIO . LITERIS . PERILLVSTRI

DOMINICVS . VALLO . FVNDIS . REDIENS

FVNDANAS . COTVRNICES . ET . FVMOSVM . PETASVNCVLVM

AMICO . QVEM . DILIGIT . ET . VT . PAR . EST . VERETVR

MVNERI . MITTIT

OFFICIOSISSIMVS (*a*).

(a) Scrisse questa l'Autore per accompagnare un munusculo di poche quaglie, e di un presciutto inviato al Signor Nicolino, che egli di ritorno da Fondi seco portato avea.

Digitized by Google

Digitized by Google

XII.

D . O . M

QVOD

NICOLAVS . NICOLINI . CAESARIS . PROCVRATOR

IN . CAMPANIAM . MISSVS

MVSARVM . AMICVS

POLITIORI . DOCTRINA

VIR . EXCVLTISSIMVS

PERICVLVM . EVASISSET . OPHTALMIAE

QVAE . ACRITER . OCVLIS . INSEDERAT

DOMINICVS . VALLO

TANTI . AMICISSIMVS . VIRI

V . S . L . A . (a)

(a) La suddetta iscrizione fu composta dall' Autore allorchè il Signor Nicolini si liberò da un serio male di occhi, che per più giorni lo afflisse.

Digitized by Google

XIII.

ELEONORAE . PISANO

INGENVITATE . PRVDENTIA

AD . EXEMPLAR . VSQVE . LAVDATISSIMAE

OMNIBVSQVE . CORPORIS . ET . INGENII . DOTIBVS . CLARISSIMAE

DIVITIARVM . APOSTOLICO . AVSV . CONTEMPTRICI

CVIVS . GLORIA . SOLIS . BENEFICIIS . STETIT

HEIC . CORPVS . CONQVIESCIT

LVGETE . CIVES . LVGETE . BONI

LVGETE . PAVPERES . QVI . IN . HOC . PTOCHIO . VITAM . COLITIS

TANTAM . EXPERTI . PATRONAM (a) .

(a) Scrisse questa l' Autore per essere apposta sul sepolcro di una nobile e ricca Signora oltramontana , riputatissima per le tante largizioni verso i poveri.

Digitized by Google

XIV.

ASPERA . QVAE . QVONDAM . SILVA

GLANDEM . MVTO . PECVDI

IAMDVDVM . ELARGITA

IN . LAXIOREM . ET . FERACIOREM . AGRI . FORMAM

PHILIPPI . ROCCO . SVMTV . ET . CVRA

DVCTIM . REDACTA

BACCHVS . NVNC . ME . COLIT . ET . CERES

HORTAMENTO . POSTERIS

AVGENDI . PER . HONESTA . PATRIMONII (a).

(a) D. Filippo Rocco avendo ridotto a buona coltura una sua selva in Castellammare, richiese l'Autore di una iscrizione per inciderla sopra marmo a perpetua memoria: in tale circostanza compose questa.

Digitized by Google

XV.

TV . QVI . PRAETERIES
SI . MENTEM . MORTALIA . TANGVNT
HEIC . VT . PARVMPER . SISTAS
HOC . TE . SAXVM . ROGAT
DEINDE . VT . SE . ADSPICIAS
PVELLVLVS . TRIMVS . VENVSTVS . DVLCIS . TENELLVS
CEREVS . IN . VIRTVTEM . FLECTIER
GENTIS . ET . AETATIS . ARGVTIIS . SCATENS
IN . QVO . PRAECOX . INGENIVM
CLARIVS . IN . DIES . ELVCESCEBAT
AETERNO . SOMNO . DATVS
ATQVE . E . SINU . MATRIS . TRISTISSIMAE
IMMANITER . EREPTVS
SVB . ILLO . TEGITVR
SVIS . TAMEN . NE . ILLACRVMARE . CINERIBVS
FRAGILE . NAMQVE . CORPVS . SVRRIPVIT . ATROPOS
ANIMVS . SEMPITERNVS
QVI . MOTV . CONCITATVR . INTERIORE
COELICAM . ADEPTVS . SEDEM
INTER . RVTILOS . STELLARVM . GLOBOS
AETERNA . FRVITVR . SECVRITATE (a).

(a) La presente iscrizione fu scritta dall'Autore a richiesta di una dolente Madre, e messa sul tumulo dell'estinto Infante.

XVI.

QVISQVIS . ES . QVI . TRANSIS

ROGAT . TE . ALBERTVS

MVSICES . QVAMDIV . VIXIT . PERITISSIMVS

NOTVS . VRBANO . SALE

VT . TIBI . NE . SIT . GRAVE

DICERE

MOLLITER . ALBERTI . CVBENT . OSSA

NAENIASQVE . ITIDEM . ACCINERE

ID . OMNE . PERPAVCIS . AGAS

DEINDE . ACTVTVM . ABEAS (a).

(a) L'Autore addolorato dalla morte di Alberto insigne suonatore di Arpa, compose questa iscrizione, e l'incise sul cenotafio del defunto.

XVII.

EPIGRAMMA.

Longinquis rediens post tot discrimina terris
Advenio patriam, Patre jubente, domum.

Heic vitam coluisse brevem, nil amplius opto:
Det validas vires, firmaque membra Deus. (a)

(a) L' Autore compose questo Epigramma e lo scolpì in una lapide nella sua Villa alla Barra, dopochè consumato un intero lustro in Francia, d' ordine del suo Genitore, si restituì alla sua famiglia ivi domiciliata.

Digitized by Google

XVIII.

AEDEM . VETVSTATE . FATISCENTEM
RIMOSAM . INFORMI . SITV . OBDVCTAM
NEGLECTAMQVE
NE . IN . POSTERVM . DISCINCTVS . NEPOS
MOLE . SVA . RVERE
OSCITANTER . SINERET
PROVIDO . SANE . CONSILIO
RESTAVRANDAM . SATEGIT
ALEXANDER . RIPA . FRVGI . HOMO
REM . CVPIDVS . SERVANDI . SVAM
SVPERADDITIS . THOLIS . EPISTYLIIS . EXEDRIS . SPATIOSIS
LVCIFERIS . FENESTRIS . BALNEIS . XENIIS
SVBDIALIBVS . AMBVLATIONIBVS
PERIBOLIS . LORICATIS
IDQVE . AMPLIVS . SALIENTIBVS , LYMPHIS
ET . VT . AFFABRE . PERPOLIRETVR
CONTIGNATIONES . ET . MVRORVM . AMBITVS
VARIIS . COLORIBVS . PERLINENDOS . CVRAVIT (a).

(a) Alessandro Ripa Gentiluomo Veronese pregò l'Autore di una iscrizione per apporla in un suo edifizio dapprima rovinoso , ed indi da lui magnificamente rinnovato. Fu allora che l'Autore deferendo alle istanze dell'Amico, scrisse questa.

XIX.

AD . AETERNAM . SVI ; MEMORIAM

TE . DOMINICE . CAPASSO

HOC . LVCVLENTISSIMI . GELLII . LIBRO

A . VESVVIANIS . FLAMMIS

OCTAVAE . TVRRI

NOCTV . XV . IVNII . MDCCXCIV . SVPERIECTIS

PROPE . FVNERATO . AC . MIRIFICE . SERVATO

DOMINICVS . VALLO . TVISSIMVS

NECESSITVDINEM . PLVRIMI . FACIENS

DONAT (a).

(a) L' Autore avea riposti alcuni suoi libri in una casetta di campagna alle balze del Vesuvio. Nella eruzione avvenuta nel dì 15. Giugno 1794., fu quella ingombrata dal fuoco bituminoso, ma per un bizzarro accidente il solo libro di A. Gellio restò illeso. Di questo l'Autore ne fece dono al suo Amico Signor Domenico Capasso, accompagnandolo con tale iscrizione.

Digitized by Google

Digitized by Google

XX.

VINCENTIO . FERRARESE
VIRO . MATHESIS . DOCTRINA . PRAECELLENTI
ANIMO . IN . SECVNDIS . MODESTO
IN . ADVERSIS . AEQVO
MVNERIBVS . A FERD . IV . REGE . SIBI . COMMISSIS
EGREGIE . FVNCTO
QVI . REGALI . COLLEGIO . DVDVM . PRAEPOSITVS
NIHIL . ANTIQVIVS . HABVIT
QVAM . VT . IVVENTAM . SIBI . CREDITAM
OPTIMIS . SANE . DISCIPLINIS
PRO . VIRILI . IMBVERET
DEIN . AQVA . ET . IGNE . INTERDICTVS
AC . SVBITA . REGIS . IRA
MASSILIAM . PERTRACTVS
INTERNECINO . CORREPTVS . MORBO
MORTALITATIS . INIBI . TERMINVM . IMPLEVIT
DOMINICVS . VALLO . EXILII . CONSORS
TANTO . CONTVBERNALI
SINGVLTV . VOCEM . PRAEPEDIENTE
INANEM . TVMVLVM . LVCTIBVS . CONVENIENTEM
DEFLENS . EXCITAVIT (a).

(a) Il Signor Ferrarese Maestro nel Collegio della Nunziatella, incolpato di reità di Stato, fu unitamente all'Autore mandato esule in Marsiglia. Ivi appena giunto infermossi, e cessò di vivere. L'Autore in attestato di amicizia l'innalzò un tumulo temporario ove appose questa iscrizione.

Digitized by Google

XXI.

HEV . QVIS
CAROLINA
SPECIMEN . IVCVNDITATIS . DVLCISSIMVM
PRAESENTISSIMVM . POPVLI . OBLECTAMENTVM
QVIS . TE . ACVTA . CVM . GRAVIBVS . TEMPERANTEM
VARIOSQVE . AEQVABILITER . CONCENTVS . EFFICIENTEM
MODO . SVMMA . VOCE . MODO . IMA
VESANVS . SVBDVXIT . MORBVS ?
IAM . COMAEDIA . LVGET . SCAENA . INVENVSTA . IACET
RISVS . EVASIT . ET . IOCVS
VENERES . CVPIDINES . CAMAENAE
SIMVL . OMNES . PVLLA . IN . VESTE
COLLACRVMARVNT
HEV . QVANTVM . MOERORIS . MVSICEN . COLENTIBVS
TE . VNA . SVBLATA
SED . TV
CORPORE . LAXATA
MORTALIBVS . CVRIS . MAIOR
AB . ORBE . LACTEO
RESPICE . IDENTIDEM
PERSONATAM . COMAEDORVM . FAMILIAM
TVI . ABITIONE . CONCISAM (*a*).

(a) La Signora Carolina Miller insigne Cantatrice e prima Buffa del Teatro Nuovo sorpresa da grave malattia finì di esistere nel dì . . . Gennaro di questo anno. L'Autore che in qualità di amatore di musica avea con lei talvolta cantato, penetrato da intenso dolore per la perdita di sì brava Cantante, volendo onorare la memoria della defunta, compose questa iscrizione.

Digitized by Google

XXII.

QVANDOQVIDEM . CATHERINA . MATER
SVBITARIA . CONFECTA . APOPLEXI
AD . SVPERAS . CITISSIME . PROVOLASTI . AVRAS
INTERQVE . FELICES . ANIMAS
FESTIVAS . NECTIS . CHOREAS
ET
RELIGIOSISSIMAE . VITAE
DIGNA . CAPIS . PRAEMIA
NEC . MIHI . ALIO . DEGENTI . EXTREMVM . TE . ALLOQVI
AVT . COLLO . DARE . CIRCVM . BRACHIA
SORTE . DATVM
NE . HANC . DESPICIAS
SEPVLCRALEM . HONORARII . TVMVLI . MOLEM
QVAM . TEPENTEM . LACRVMIS
OSCVLIS . CALENTEM . EXTRVXI
PIETATI . MOERORI . MEMORIAE . SACRAM
IN . PACE . CVM . CHRISTO . VIVAS . MATER . PIISSIMA
INGENS . MEVM . NVPER . DECVS . ET . DELICIA
NVNC . DESIDERIVM . ET . DOLOR (a).

(a) La Signora Caterina Ambrosino Madre dell'Autore colpita da repentina apoplessia finì i suoi giorni nel villaggio di Barra, mentre egli soggiornava in Santamaria di Capua. All'infausto avviso accorse immantinente per rendere all'amata defunta gli estremi ufizj; ed allora scrisse questa.

Digitized by Google

XXIII.

HABES . NEAPOLIS
QVOD . PER . TVA . SAECVLA . GLORIOSE . NARRES
EQVES . FRANCISCVS . RICCIARDI
VETERVM . LITERARVM . DILIGENTISSIMVS
AC . OMNIBVS . VIRTVTVM . ORNAMENTIS . OMNI . DISCIP . GENERE
PRAEDITVS
QVI . INCORRVPTA . INTEGRITATE . INTIMAQVE . LEGVM . SCIENTIA
HONORES . ET . MERITVS . PRAEVENERAT
A . IOSEPHO . REGE . PROVIDENTISSIMO
ADMINISTER . SANCTIORIS . CONSESSVS
GRATVLANTE . SIBI . VIRTVTE
DESIGNATVS
VT . IVS . FACILIVS . ESSET . ATQVE . EXPEDITIVS
NEC . VITILITIGATORES . IN . POSTERVM . VEL . SYCOPHANTAE
ALIORVM . FORTVNAS . DOLO . MALO . EVERTERENT
IRENARCHAS . IVRIDICOS . PATRONOS . ACCENSOS . VIATORES
PER . SINGVLAS . REGNI . PROVINCIAS
IOACHIMO . REGE . IVBENTE
CERTO . DISPESCVIT . ORDINE
ATQVE . INTRA . NVMERVM . CONCLVSOS
STATIS . LEGIBVS . SANCTIONIBVS
NOVA . IVRISDICTIONE . DONAVIT
FACTVM . HOC . IMMORTALE
AVSPICIIS . CONSILIIS . PRAESENTIAEQVE . TANTI . VIRI
ACCEPTVM . REFERTO (a).

(a) La presente iscrizione fu scritta dall'autore nella nuova organizzazione de' Tribunali, in cui S. E. il Ministro Ricciardi ebbe la prima parte.

Digitized by Google

Digitized by Google

XXIV.

D . M . S

DEMETRIO . ET . STELLIDAVRAE

CONIVGIBVS . FIDISSIMIS

QVOS . FVLMEN . PRAELVSTRI . AB . ARCE . MISSVM

OBORTA . REPENTE . TEMPESTATE

EODEM . TEMPORIS . PVNCTO

IMBRICES . TEGVLASQVE . CONFRINGENS

AC . NOVO . TVRBANS . INQVILINOS . MIRACVLO

ACERBO . MERSIT . FVNERE

HONORIVS . FILIVS . INFELICISSIMVS

AMISSIONE . PARENTVM

MISERABILI . VLVLATIONE . DAMNATVS

MVNVS . SVPREMVM (a).

(a) Mentrecchè l'Autore era in Padova, avvenne, che un fulmine cadendo sul tetto, estinse due infelici Conjugi, che sotto di quello stavano. Pregato intanto dal di loro figlio per una iscrizione da mettersi sul mausoleo, compose questa.

Digitized by Google

XXV.

MEMORIAE . CLARISSIMAE . FOEMINAE

CLEMENTINAE . IVLIANO

RARISSIMAE . CASTITATIS

ERGA . VIRVM . DILIGENTISSIMAE

PRISCIS . ILLVSTRIBVSQVE . FOEMINIS

COMPARANDAE

QVAE . VIXIT . ANNOS . XXVII . MENSES . VIII

TRISTE . AC . LACRIMABILE . SVI . DESIDERIVM

PATRI . AC . CONIVGI . RELINQVENS

DECESSIT . IN . OSCVLO . DOMINI

DIE . IV . MENSIS . IANVARII . MDCCCII (a).

(a) Questa iscrizione fu scritta dall' Autore in Firenze per gratitudine verso la defunta, dalla quale era stato benevolmente accolto.

Digitized by Google

XXVI.

DELVBRVM . HOC . GENTILITIVM

CVM . SVBITO . CONFLAGRASSET . INCENDIO

NON . MINORE . SVMTV . QVAM . ANTEA

INSTRVXIT . ET . EXORNAVIT

NICASIVS . BOZZI

DEVOTO . ANIMO (a)

(a) Sopra di una Chiesa ristaurata dietro un incendio, che l'avea in parte diroccata.

Digitized by Google

XXVII.

SISTE . GRADVM . VIATOR
INFELIX . PVER . EDITVS . NON . NATVS
OB . IMPERITIAM , OBSTETRICIS
HOC . CONTEGOR . IN . TVMVLO
OH . SI . NVMQVAM . AMPLEXVS . MATER
NVMQVAM . NOSSET . OSCVLA
VBI . NON . NATA . IACENT
NVNC . IACEREM
VEL . SI . LABORANTEM . VTERO
MEDICVS . CONCINNITER . SECASSET
VITALES . CARPEREM . AVRAS
HOC . TE . VOLEBAM . NESCIVS . NE . ESSES
INSONTI
FLORES . SPARGITO . NON . LESSVM . HABETO (a).

(a) Ad una Gentildonna Bresciana nello sgravamento fu sconciamente da inesperta levatrice estratto il parto, il quale non nacque vitale. A questo fu eretto un sepolcro, sopra di cui venne incisa questa iscrizione dall'Autore composta a petizione dell' afflitta puerpera.

Digitized by Google

XXVIII.

NE . BENEFACTORVM . MEMORIA
DELITESCERET
DOMINICVS . VALLO . IVDEX . IN . CIVILIBVS
QVEM . CISIO . PERVOLANTEM . EX . CASINI . ITINERE
DVM . DOMVM . IRE . PERGERET
EQVI . SVBITO . PERCVLSI . PAVORE
POSTHABITIS . HABENIS . PROCVRRENTES
IN . AGROS . VIAE . IN . PORRECTVM . CONTERMINOS
PROIECERE
FEMORE . IN . DVAS . PARTES . COMMINVTO
NON . SINE . MORTIS . PERICVLO
EXINDE . HAC . HOSPITALI . DOMO . COMITER . RECEPTVM
INGRAVESCENTE . INTER . DIRISSIMOS . CRVCIATVS
FEBRI
COENOBITAE . CASINENSES . TRIMESTRI . SPATIO . FOVERVNT
PERPETI . CIRCVMSTANTES . CVSTODIA
INSVPER . LECTVLOS . STRAGVLA . LVCERNAS
ATQVE . ALIA . QVEIS . NATVRA . DOLET . NEGATIS
PRO . PIETATE . SVA . MINISTRANTES
RECEPTA . TANDEM . DISCEDENS . VALETVDINE
CARMINE . GRATI . ANIMI . INDICE
SAXVM . SIGNAVIT (a).

I

(a) L'Autore nel dì 19. Ottobre 1810. a tre miglia in distanza dalla Città di S. Germano, cadde colla vettura in un campo lungo il gran camino, e s'infranse il femore destro. Tradotto nella suddetta Città, fu accolto nell'Ospizio de' Cassinesi, e benignamente trattato, durante la cura, da quei Religiosi. In memoria de' ricevuti benefici compose, partendo, questa iscrizione per inciderla sopra del marmo.

Digitized by Google

XXIX.

STRENVISSIMIS . COMMILITONIBVS
CENTVRIONIBVS . TRIBVNIS . MILITVM
QVI . SCYLLAE . SVB . MOENIBVS
IN . HOSTEM . LACESSENTEM
ANIMOSE . ERVMPENTES
GLANDE . PLVMBEA . INTEMPESTIVA . FATI . LEGE
CORPVS . TRAIECTI . IN . ACIE . CECIDERE
DVX . MASSENA
VTENDI, ET . REGENDI . EXERCITVS . ADMODVM . PERITVS
TANTA . IACTVRA . INSOLABILITER . MOERENS
INFERIAS . TVLIT
ATQVE . ARCAM . LAPIDEAM
MILITARIS . GLORIAE . MONIMENTVM
INGENTI . IMPETV . AMORIS . MOLITVS . EST (a).

(a) Fu scritta questa per essere apposta sul mausoleo onorario eretto ad eterna rimembranza de' valorosi Soldati ed Ufiziali morti combattendo nella battaglia data presso Scilla.

Digitized by Google

Digitized by Google

XXX.

OSSA
SAMVELIS . CELIDONII
OPTIME . DE . RE . CVLINARIA . MERITI
APICIVM . GVLAE . GENIO . SVPEREMINENTIS
PARASITASTRI . LEPIDE . INSVLSI
BIBACIS . OMNIVOLI
QVO . HAVD . ALTER . PRAESTANTIOR
DIVERSA . IVRA . MISCERE
BELLARIA . CVPEDIAS . OPSONIA . OFELLAS
MEDICATO . MVLSO . CONFICERE
MVLLOS . RHOMBOS . SVILLAM . PERNAM . GLANDIVM
TOMACVLA . INTERIECTIS . FRVSTIS
TORRERE
ASSA . ELIXA . FRICTA
PARARE
CONCLVDIT . HIC . LAPIS
VINVM . NON . LACRVMAS
DEPROME . QVI . PRAETERIS
DIOTA (a).

(a) Samuele Celidonio egregio Cuoco, e bevitore di vino nel tempo stesso, morì in Venezia, quando l'Autore ivi dimorava. A richiesta di taluni amici compose la suddetta iscrizione, incisa di poi nel di lui sepolcro.

Digitized by Google

XXXI.

LEONARDO . SANTORIO
AESCVLAPII . ALVMNO
PAEONIAM . ARTEM . APPRIME . CALLENTI
QVI . ANTIQVAE . MEDICINAE . MIRACVLA . REVOCANS
PLVS . VICE . SIMPLICI
CONFRACTOS . COMPEGIT . ARTVS
QVANDOQVIDEM . TVMESCENTES . STRVMAS
PITVITA . PROGNATAS
COLLOQVE . TENACITER . INFIXAS
FACILI . CVRATIONE
EXPVNXERIT
DOMINICVS . VALLO . PRO . RE . TANTA
IN . OBSERVANTIAE . TESTIMONIVM
QVOD . DEBET
CALAMO . EXOLVIT (a).

(a) Questa fu scritta al Cerusico Signor Leonardo Santoro, allorchè curò le strume all'Autore.

Digitized by Google

XXXII.

CONDITVR . HOC . IN . TVMVLO
THERESIA . RAMBADO
EXIMIAE . PVLCRITVDINIS . FOEMINA
MATRONALI . MODESTIA . NON . INCELEBRIS
HAEC
TVRBATO . MORTALITATIS . ORDINE
VIVO . PATRE
NECIS . POTITA . EST
ATQVE . INTER . ADOLESCENTIAE . PRIMORDIA
DIE . XV . MENSIS . MARTII . MDCCCIII
ANIMAM . EFFLAVIT
OSMVNDVS . REBATTI
VXORI . INCOMPARABILI
ORBITATE . MOERENTISSIMVS
SARCOPHAGVM . CVM . TITVLO
CONIVGALIS . AMORIS . PIGNVS
PONI . CVRAVIT

AVE . THERESIA . VALE . THERESIA
FELIX . AETERNVM . FVAS (a).

(a) Stando in Genova l'Autore scrisse questa per lo sepolcro elevato alla Signora Rambado morta di acuta malattia.

XXXIII.

DOMINICO . LOCATELLIO

IN . STVDIIS . DOCTRINARVM . EGREGIO

HOMINI . ANTE . ALIOS

VIRTVTIS . AC . PHILOSOPHIAE . GRATIA . VENERANDO

NVNC . EHEV . FATI . VI . EREPTO

THOMAS . ET . CAROLVS

FILII . PIENTISSIMI

IUSTA . PERSOLVVNT

PROCVL . O . PROFANI

NE . QVIS . VITIVM . SACRO . PIACVLARI . FAXIT

NOXA . TANTVM . SOLVTIS . TEMPLVM . INGREDIER

IVS . FASQVE . ESTO (a).

(a) Tomaso e Carlo Locatelli Milanesi nell'esequie, che fecero al defunto loro Padre, richiesero l'Autore per una iscrizione da mettersi sulla porta della Chiesa. In quella circostanza fu scritta questa, e la seguente per il Mausoleo.

Digitized by Google

Digitized by Google

XXXIV.

HVNC . TIBI . QVEM . POLLVCEMVS . TVMVLVM
DOMINICE . PATER . OPTIME
VT . AD . AETERNAM . REQVIETEM . PROSIT
DESVPER . BENIGNVS . TVETOR
ET . CHRISTVM . DEI . FILIVM
SIQVIDEM . COELITES . INTER . RECVMBIS
ASSIDVVS . PRECATOR
VT . NOS . TVO . SATOS . SANGVINE
TVI . AMANTISSIMOS
TEQVE . ENIXIM . AEMVLATOS
SOSPITET
DOMVMQVE . MOERORE . QVAQVAVERSVM . OBRVTAM
BONIS . AFFATIM . AVCTET

Digitized by Google

XXXV.

Sulla porta della Chiesa.

GABRIELI . MORELLIO
OMNIVM . HORARVM . VIRO
CAMPANAE . PRAEFECTVRAE . CONSILIARIO
OB . MORVM . SANCTIMONIAM
EFFVSAM . IN . EGENOS . LIBERALITATEM
OMNIBVS . PERQVAM . CARO
SEXAGESIMVM . AGENTI . ANNVM
MODO . E VIVIS . EREPTO
PARENTATVR
O . CIVES
HVC . LACRIMAS . FVNDITE
QVI . MAGNA . DABAT . HOC . PARVVM . PETIT (a).

(a) Il Cavaliere Azzia nelle onorifiche esequie, che fece al suo Zio Signor Gabriele Morelli dentro la gran Chiesa di Santamaria di Capua, richiese l'Autore per le iscrizioni funebri da apporsi sul vestibolo della suddetta Chiesa, e ne' quattro lati del Mausoleo. In tale circostanza l'Autore compose questa, e le quattro che sieguono.

Digitized by Google

XXXVI.

ANIMAE . MAXVMAE . AVVNCVLI

RELIGIONIS . CVLTV . COMITATE . IN . AMICOS

SPECTATISSIMI

EQVES . ALEXANDER . AZZIA . ET . IOHANNA . TRENCA

NEC . OPINO . MOERORE . SVMME . EXTERNATI

NIGRA . IN . VESTE . EXEQVIAS . DVCVNT

AC . PIIS . MANIBVS . PACEM . ADPOSCVNT

Digitized by Google

XXXVII.

BENE . QVIESCAS . GABRIEL

ATQVE . LEVIS . TIBI . TERRA . SIET

NEPOTES . HVMANISSIMI . TE . ROGANT

VTI . EOS . SAEPIVS . DE . COELO

INTVEARIS

AC . CVRATISSIMIS . APVD . DEVM . PRECIBVS

TVTARI . PERGAS

DONEC . QVO . TE . NATVRA . IVSSERIT . ORDINE

SEQVENTVR

Digitized by Google

Digitized by Google

XXXVIII.

CVM . IN . EA . INCIDISSET . TEMPORA
REGNI . CONVERSIONEM . SVBSECVTA
SANE . QVAM . INIQVISSIMA
INSANIENTIS . POPVLI . IN . OPTIMVM . QVEMQVE
SAEVIENTEM . FVROREM
AVERRVNCARE . A SE . MINIME . VALVIT
IN . LAVTVMIAS . POSTEA . CONIECTVS
PRAESTANTI . ITA . SE . GESSIT . ANIMO
VT . MALORVM . SOCII . IN . TANTO . VIRO
FIRMITATIS . ET . COSTANTIAE . SPECIMINA
NACTI . FVERINT

Digitized by Google

XXXIX.

HANC . MORTIS . ARAM . OBAMBVLANS
LVSRALI . SPARGE . SACERDOS . VNDA
AC . DEVM OPT . MAX . EXORA
VT . DEFVNCTI . ANIMAM
QVAM . OBDVCTO . PAVPERES . VELO
PALMAS . AD . SIDERA . TOLLENTES
ET . BONAE . REI . HOMINES . FLETIBVS , PROSEQVVNTVR
LITANTE . SACRIFICIO . DOMVS . AETERNA . EXCIPIAT

Digitized by Google

XL.

Sulla porta del Tribunale al di fuori.

AVGVSTINO . FVCITO
IVRISCONSVLTO . BONISQVE . LITERIS
PERPOLITO
PER . PLVRES . FORENSIVM . DIGNITATVM . GRADVS
AD . PRAESIDIS . CIVILIS . CVRIAE . MVNVS
EVECTO
CAMPANI . IVDICES . COLLEGAE . DESIDERATISSIMO
IN . SVI , ADVENTVS . DIE
POMPAM . TEMPORARIAM . AVLAEIS . INSTRVCTAM
PRAEGESTIENTIS . LAETITIAE . SYMBOLVM
LVBENTIBVS . ANIMIS
APPARANDAM . CVRARVNT (a).

(a) Questa, e le due che sieguono, furono scritte dall'Autore, che trovavasi Giudice del Tribunale civile di Terra di Lavoro, per onorare il possesso preso dal Signor Fucito della carica di Presidente di quel Tribunale.

Digitized by Google

XLI.

Sulla porta della Sala di Udienza.

QVI . CRVDA . PROPELLIS . IN . FORVM . STVDIA
ET . LITIVM . PERENNITATI . STVDES
RABVLA . VEL . LEGVLEIVS
HINC . TE . RAPIAS
VNIS . IVRISCONSVLTIS . BONAE . FRVGI
PORTA . PATET
AVGVSTINO . CVRIAM . PRAESIDENTE
QVIDPIAM . CONTRA . IVS
VEL . IN FRAVDEM . IVRIS
EFFVTIRE . NEFAS

Digitized by Google

XLII.

Sulla porta della Camera del Consiglio.

HVC . FESTINA . PRAESES

BONA . ALITE . ATQVE . AVDI

QVOD . BONVM . FAVSTVMQVE . SIT . TIBI . NOBISQVE

CVM . HODIE . OPTIMI . REGIS . MVNIFICENTIA

IN . SVMMVM . LOCVM

INTER . QVATVOR-VIROS . STLITIBVS . IVDICANDIS

COOPTARIS

IPSIMET . AMICITIAE . TVAE . IN . PERPETVVM . COLENDAE

SANCTE . SE . OBLIGANT . OBSERVANTES

EXPECTATE . DIV . VENI

Digitized by Google

XLIII.

IANVARIO . PRESTI

SOCIO . OLIM . AERVMNARVM

NVNC . PERINSIGNEM . GERENTI . MAGISTRATVM

QVAESTORES . INTER . CAMPANIAE . CAPITALES

DOMINICVS . VALLO

FORVM . PRIMVM . ALIA . DEIN . STVDIA . SECVTVS

AB . ADVERSA . FORTVNA . FORTVNIS . SPOLIATVS

AD . FORVM . DENVO . POST . VARIOS . CASVS . REVERSVS

MAXIMAM . DIGNITATEM . GRATVLATVR (a).

(a) Quando il Signor Presti venne trasferito da Lucera alla Corte criminale di Terra di lavoro col grado di Presidente, fu il di lui possesso sollennemente celebrato, ed in tal rincontro venne incaricato l' Autore di comporre le allusive iscrizioni; e furon questa, e le tre seguenti.

Digitized by Google

Digitized by Google

XLIV.

Sulla gran Sala del Tribunale.

QVISQVIS . ES . OTIOSVS . SEV . NEGOTIOSVS
ACCOLA . CIVIS . ADVENA . CONVENA
SISTE
INGRESSVRO . PAVCA
IANVARIVS . PRESTI
VIR . OPTIME . DE . PATRIA . MERITVS
PRVDENTIA . COMITATE . CAETERISQVE . VIRTVTIBVS
PRAEFVLGENS
QVEM . LVCERIA . SIBI . NVPERRIME . EREPTVM
HAVD . IMMERITO . DOLET
PRAESIDIS . SVPREMAM . AVSPICATVR . IVRISDICTIONEM
CAMPANVM . PVBLICORVM . IVDICVM . COLLEGIVM
VT . OBSERVANTIAE . TESTIMONIVM
EI . EXOLVERETVR
SOLEMNEM . POMPAM . INSTRVXIT
L . A

Digitized by Google

XLV.

SAT . DESIDERIO . DATVM
SAT . EXPECTATIONI
IANVARIVS . PRESTI
DIVALIBVS . CODICILLIS . PRAESES . DESIGNATVS
TANDEM . AD . SVAM . ACCEDIT . SEDEM
SI . QVA . BENEFICIORVM
BONOS . TANGIT . MEMORIA
IOACHIMO . NAPOLEONI
VTRIVSQVE . SICILIAE . REGI . PROVIDENTISSIMO
BELLI . ET . PACIS . LAVDIBVS . OB . RES . FORIS . DOMIQVE
FELICITER . GESTAS . ORNATISSIMO
MILITIAE . MVNERIBVS . QVIBVSCVMQVE
EGREGIE . PERFVNCTO
GRATIAM . IVSTIS . HONORIBVS . ET MEMORI . MENTE
BONVS . QVISQVE . MERITAM . PERSOLVAT

Digitized by Google

XLVI.

QVANDOQVIDEM . IANVARI . AEQVO . LIBRAMINE
MORES . ET . CRIMINA . DISCIS
VT . RECTIVS . IN . SONTES . ANIMADVERTAS
ET . SEDVLO . CAVES . NE . QVID . IN . QVAESTIONIBVS
PARTIVM . STVDIO
SIBI . VINDICET . ODIVM . VEL . FAVOR . VSVRPET
TE . LONGVM . DEVS . PER . AEVVM
SOSPITET
TVVMQVE . NOMEN . CELEBRET . PROVINCIA
TAM . PROBIS . CARVM
QVAM . IMPROBIS . METVENDVM

Digitized by Google

XLVII.

IOSEPHI . P . F . AVG .
NEAPOLIS . SICILIAEQVE . REGIS
A . SANCTIORIBVS . CONSILIIS
NEC . NON . IVSTITIAE . CLEMENTIAEQVE
SECRETIS
MICHAELIANGELO . CIANCIVLLIO
QVEM
OPIMIORE . DOTIVM · CENSV ·
HONESTO . INCOCTI . PECTORIS
ATQVE . ALIIS . ATQVE . ALIIS
FVLGENTIVS . CORVSCARE
VNIVERSI . ADMIRANTVR
DOMINICVS . VALLO
CARMEN . ANIMI . SVI . TESTEM
OBSEQVENTER
D . D (a).

(a) Nell'anno 1807. l'Autore scrisse l'ode che siegue, e la presentò al Sighor Cianciulli in quel tempo Ministro della Giustizia con questa iscrizione dedicatoria.

Digitized by Google

Digitized by Google

XLVIII.

ODE.

Scriberis Michael doctus et integer
Vitae earminibus nobilioribus
Inflabitque tubas fama sonantior,
Cuncta et devenientia

Post te Saecla canent quae bene gesseris
Vates pauper ego quid potero? eloqui
Laudes egregias, et decora omnia
Sane non opis est meae.

Fraetas indocilis pauperiem pati
Quamvis nauta rates saepe refecerit
Hybernique vagis crediderit salis
Spuntis plus vice simplici:

Visis oceani fluctibus attamen
Pallet, nec solitis cor micat ictibus
Imploratque Helenae lucida sidera
Fratres, et repetit Lares.

Ut latum pelagus non numerabilis
Virtutum est series, magnaque copia;
Hine mentis subitus deficit et calor,
Et vis concidit ingeni.

Qui chordis sociem flumina divitis
Suavisque eloquii, atque ingenii tui,
Ut vinxisti animos Tullius Italus
Vel Graecus Perieles novus?

Ut sincera fides almaque veritas
Puro ex fonte fluens, et sapientia
Virtutumque chorus sanctior in tuo
Sedem pectore fixerint?

Ast si musa silet, corde Deum adprecor
Vivas Nestoris ut saecula et amplius,
Fatis orte bonis; porrige dexteram
Ut Regi prober: hoc tuum est.

XLIX.

DVM . PERICVLOSAE . PLENVM . ALEAE
TRACTAS . OPVS
AC . PER . MEMORES . FASTOS
CVLTIORI . STYLO . ET . QVA . POLLES . DICENDI . COPIA
VINCENTI
IMPIAS . CAEDES . ET . RABIEM . CIVICAM
BREVITER . EXPENDIS
NEC . NON . FORMIDOLOSA . PARTHENOPES . TEMPORA
QVEIS . DELATO . TANTISPER . AD . TVNICATVM . POPELLVM
RERVM . ARBITRIO
OPTIMVS . QVISQVE . CIVIS
NON . ANIMVM . METV . NON . MORTIS . LAQVEIS . CAPVT
EXPEDIRE . POTIS . ERAT
GALLVS . GERMANVS . LONGOBARDVS
TE . DEMIRANTVR
SVAQVE . CIVITATE . DONANT
VTI . MAEONIDEM
COLOPHONII . CHII . SALAMINII . SMYRNAEI
TV . INTERIM . NEAPOLIS . QVAE . TE . GENVIT
ET . GALLIAE . QVAE . TENVIT
FAC . SIS . MEMOR
AC . DIV . NOBIS . EXTORRIBVS . LAETVS . INTERSIS
ILLVDQVE . HABE
ORTVS . CVIVSQVE . PARTEM . A . PATRIA . PARTEM . AB . AMICIS
VINDICARI (a).

(a) Il Signor Vincenzo Coco Scrittore riputatissimo, e compagno d' infortunio dell' autore, stando in Milano, scrisse la tanto famigerata opera intitolata: *Saggio della rivoluzione di Napoli*, ove con Laconica eleganza espose le vicende di quell' infausta epoca, ed i nefandi eccidj eseguiti da feroce e fanatizato Popolaccio. Per siffatta produzione si rese caro agli uomini di lettere, traendo a se l' ammirazione de' Storici Francesi, Alemanni, ed Italiani, i quali a gara lui portarono degli elogi, dispiaciuti di non averlo per loro concittadino. L' Autore trovandosi in Milano, a nome de' rifugiati Napoletani compose questa iscrizione, ed in attestato ancora della sua leale amicizia, ed attaccamento verso un tanto Uomo.

Digitized by Google

L.

RECVMBIT . HOC . SVB . TEGMINE . NON . FRIGIDVS . IACET
GVILELMVS . MILES . SYMPHONIACVS
PER . GLORIAM . IN . PERPETVVM . VICTVRVS
POST . PISEVM . TYRRHEVM
NEMINI . SECVNDVS
ILLVM . RECVRVO . AERE
DEVOTA . MARTI . PECTORA . CIENTEM
BORVSSIAE . SVB . MVRIS
HOSTILESQVE . TVRMAS . IMPAVIDE . PERVADENTEM
FERREA . MVGIENTE . TELORVM . PROCELLA
SECVRIS . ANTE . PILOS . DIVISIT . MEDIVM
DIGNVM . CANDIDIORE . FATO (a).

(a) L' Autore scrisse questa per il Sepolcro di Guglielmo Thibault trombettie- — re nell' armata Francese, morto gloriosamente in Prussia nel momento dell' invasione, all' età di 17. anni.

Digitized by Google

Digitized by Google

LI.

HANC . FVNERIS . QVAM . CERNIS . ARAM
ASCIA . MINIME . PERPOLITAM
SVPERIECTO . AGGERE . ET . CVPRESSV
PLEBEIOS . NVMQVAM . TESTATA . LVCTVS
CIRCVMDVCTAM
STRENVO . DVCI . DESSAIX
IN . BELLO . APVD . ALEXANDRIAM
TELIS . CONFOSSO
GALLICAE . PHALANGES . PRAEPROPERE
EDVXERE
CINERIBVS . AHENO . FRIVS . TECTIS . CADO
NE . RAPIDIS . LVDIBRIA . VENTIS
TVRBATI . VOLARENT
PVRPVREAM . DEIN . VESTEM
FVLGENTIAQVE . ARMA . VIRO
VIRTVTIS . EIVS . AD . POSTEROS . MONIMENTVM
AVERSAE . IN . AEGRITVDINIS . SIGNIFICATIONEM
IMPONENTES
VLVLATVSQVE . ORE . DANTES
OLLI . NE . TE . PIGEAT . QVI . TRANSIS . DICERE
BENE . ET . PLACIDE . QVIESCAS (a).

(a) Essendo stato ucciso il valoroso Generale Dessaix da colpo di moschetto mentre combatteva nella battaglia di Marengo presso Alessandria della paglia, i Soldati a lui innalzarono un temporario sepolcro. Questa iscrizione fu scritta dall'Autore appunto per l'oggetto.

Digitized by Google

LII.

IMMANI . LVCTANTES . INTER . VENTOS . TVRBINE,
AC . SONORAS . TEMPESTATES
THYRRENO . SALE . AB . EOLO . FLECTI . NESCIO
IMMISSAS
QVASSA . RATE
NECATVRAS . IAM . IAM . ACCEPTVRVS . AQVAS
ARREPTO . CORTICE
AC . VRINATORIBVS . BENE . IVVANTIBVS
DOMINICVS . VALLO
HISCE . ALLABITVR . ORIS
EXTEMPLO . DIDVCTO . IN . LITORE . CARINIS . BENEFIDO
GRAMINEAM . ARAM
MARIS . DEO
AC . VVIDA . VESTIMENTA
VOTO . SVSCEPTO . POSVIT
QVI . MERCIBVS . PARANDIS . AEQVOR . ARAS
HVC . CONCEDE . AC . LITATIS . SACRIS
VIRIDES . DEOS . POSCE . VENIAM (a).

P

(a) L'auto e campato da fiero naufragio nel Mar Tirreno, coll'ajuto di rotto legno, e coll'opera de' Palombari giunse al sospirato lido. Ivi elevò immantinenti a Nettuno di ruvide zolle un altare con questa iscrizione indicativa del triste avvenimento.

Fia qui bene avvertire che le frasi di Gentilesimo in quella adoperate, lo sono state per solo fine di erudizione, e per servire altresì allo stile lapidario, non mai per sistema di Religione, nè per gusto di carattere: protestandosi l'Autore di aver voluto con quell'atto unicamente glorificare il sommo Iddio per il riportato benefizio.

LIII.

FRANCISCVM . BORGHI
SCITE . ATQVE . INCORRVPTE
PRIDEM . IN . FORO . LOCVTVM
PRIMAE . IN . CONSVLENDO . CELEBRITATIS
OB . SCIENTIAM . AD . ENODANDOS . IVRIS . LAQVEOS
SPECTATVM . SATIS
IAM . ANTEA
RETHORICAE . DISCIPLINAE . DOCTOREM
LOCVM . PRINCIPEM . DECLAMANDI . ET . DOCENDI
CONSECVTVM
FERREVS . NVNC . VRGET . SOMNVS
EIVSQVE . CADAVER . HOC . IN . SARCOPHAGO
COMPOSITVM . IACET
O . QVANTVM . EST . IN . FATIS . IMMANE (a).

(a) In occasione della morte di un celebre Giureconsulto.

Digitized by Google

LIV.

CAROLINAE . GALBIATI
QVAE . COGNITO . REPENTE . INSPERATO . FILII . ADVENTV
VELVTI . INCIDENTIS . GAVDII
RVINA . OBRVTA
DIEM . SVVM . OBIIT
DIOMEDES . FILIVS
CVIVS . EX . PVGNA . AD . MATREM . REDITVS
MORTI . ANSAM . PRAEBVERAT
OMNIS . INSONS . INIVRIAE
CIPPVM . HVNC
A . LACRVMIS . NVLLATENVS . TEMPERANS
EDVXIT (a).

(a) Nella morte di una Madre, che oppressa da subitaneo piacere in lei derivato dal non mai sperato ritorno del figlio, cessò repentinamente di vivere.

Digitized by Google

LV.

DA . BIBVLO . CINERI . MERVM
TEMVLENTVS . VIATOR
HIC . ILLE . NICODEMVS
VOLSVS . HOMO . LOQVACVLVS . IVRGIOSVS
NVLLO . FERE . CIBATV . VESCENS
SPVMANTIS . TANTVM . HAVSTOR . PATERAE
RECVBANS . QVIESCIT
QVI . ABSTEMIVS . AETATEM . AGIS
NON . LVCTIFICABILI . CORDE
TERRAM . INIICE (a).

(a) Sul sepolcro di Nicodemo Canzio gran bevitore di vino, e loquace quant'oltre si può.

626339

Digitized by Google

Digitized by Google